

beralis discipulorum, quam non ignoratis et ali et  
 augeri mirifice magistrorum favore et studiis. Vos  
 autem, Discipuli Carissimi, ita intereritis Orationi  
 Commilitonis vestri, ut virtutem eius et modestiam  
 imitari, ut contendere cum eo posthac de principatu  
 studii litterarum doctrinaeque liberalis omnis, in  
 primisque pietatis in deum sinceræ, constituatis.  
 His enim virtutibus quum propositam ab ipso deo  
 esse sciatis felicitatem omnis generis summam: ea  
 magis confidere potestis, cursum vitae vestrae et  
 studiorum fore anno futuro prosperrimum atque fe-  
 cundissimum. Quae omnia ut deus ita euenire iu-  
 beat, vehementer opto. Scripsi in Schola Thomana  
 a. d. III. Kal. Ianuar. A. C. CICICCLXVIII